

1473

P O L E M I C I.

1474

mij. Et est finitus Anno domini M^o. CCCC^o. XII^o. sabbato ante festum circumcissionis domini.

IV. fol. 60. absque inscriptione *Tractatus de Ideis*, cujus initium: *Tractando de ydeis primo oportet querere &c. Ut alibi.*

CCCXCI.

884 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 196. f. per duas columnas scriptus et rubricis distinctus, quondamque *Pauli de Slawikowicz*, ad quem etiam *Codex DCCCCLXVIII.* pertinuit, *Job. Wiclefi* Scripta complectitur, quae numero: I. ex Elencho praevio: *De officio regis.* Initium Prooemii: *Sentencia de officio regis in compendio sic habetur &c.* Capitibus constat XII. quorum I. inquit: *Consequenter ad ordinem clericalem restat de militari ordine pertractandum &c.* Ad calcem accedit Index alphabeticus. Prolixum hunc *Tractatum* apud *Baleum* aut *Tannerum* non reperi.

II. fol. 63. *De Cruciata i. contra bella Clericorum.* Init: *Cum secundum fidem Catholicam Ro. 8. Timentibus deum &c.* Ad calcem: *Explicit cruciata ewangelici doctoris.* Ut alibi.

III. fol. 70. *Incipit tractatus eiusdem de christo et eius aduersario.* Init: *Secundum catholicos Ecclesia est predestinatorum uniuersitas &c.* Ut alibi.

IV. fol. 78. p. 2. *De septem donis spiritus sancti.* Init: *Cum spi-*

ritus sanctus sit tertia persona trinitatis &c. Ut alibi.

V. fol. 80. p. 2. *De triplici vinculo amoris.* Init: *Tria sunt vincula amoris, quibus fideles uictores &c. Ut alibi.*

VI. fol. 87. *Exhortacio cuiusdam doctoris.* Init: *Labora sicut bonus miles &c. Post fructum benedictionis sequi debet &c. Ut Cod. CCCLXXXV.* Sed hic deest *Sermo* *Benedictionis* ibi praecedens et connexus.

VII. fol. eod. p. 2. *De noua preuaricantia mandatorum.* Init: *Cum secundum veritatis testimonium Matth. 19. ad ingressum in patriam &c. Ut alibi.*

VIII. fol. 92. *De condemnatione 19. questionum.* Init: *Cum secundum Apostolum hebr. 11. fides sit fundamentum &c. Ut alias.*

IX. fol. 99. *De vaticinatione seu prophetia.* Init: *Cum secundum sanctos spectat &c. Et: Vaticinatur autem doctor quem noscitis &c. Ut alias.*

X. fol. 101. p. 2. *Incipit tractatus de officio pastoralis.* Init: *Cum duplex debet esse officium, ad quod fideles diligenter attendere &c. Capitibus XII. constat, et relatus est alibi.*

XI. fol. 117. *Incipit eiusdem de blasfemia.* Prolixum Opus constans Capitibus XVIII. Init: *Restat succincte de blasfemia pertractandum. Est autem blasfemia inspiens detractio honoris domini &c. Baleus initium non adposuit. Ad calcem bohemicè adjicitur:*

Vryes

1475

C O D I C E S

1476

Vtyefs tye buob. Confoletur te Deus. et subpletur Defectus perfaltatus (übersprungen) *in capitulo quintodecimo. Accedit et Regestum de blasfemia siue de 12 tortoribus, in quo Papa magnam facit paginam, ut facile credas.*

XII. fol. 195. p. 2. adjecta est Bibliographia *Wiclefiana* siue Elenchus multorum ejus Operum cum eorum initiis, unde Catalogi *Balei* et *Tanneri* non parum subpleri et perfici possint. Inter alia disco, Tractatus varios, qui nunc separatim feruntur, Partes esse *Summae Theologicae* Nostri. Ita Pars ejus I. est *de Mandatis*. II. *de statu innocencie*. III. IV. V. *de dominio ciuili*. VI. *de veritate sacre scripture*. VII. *de ecclesia*. VIII. *de officio regis*. IX. *de potestate pape*. X. *de symonia*. XI. *de apostasia*. XII. *de blasfemia*. Verum id esse, vel horum Librorum initia comprobant. Ita superius legimus: *Restat succincte de blasfemia &c.*

Codicem utrinque ambit Membrana notis chronologicis multata, tempore tamen *Wenceslai* Rom. et Bohemiae Regis data a *Wenceslao de Olomucz Archidiacon.*

Cunctos cum papis mordens monachosque prelati.

II. fol. 37. *Incipit Tractatus de Apostasia liber XI. Initium: Restat ulterius ponere aliud principium pro ambitu heresis symonicae perscrutando &c. Ut alibi. Ad calcem: Explicit Tractatus de Apostasia per reuerendum docto-*

Bechbinensi in Ecclesia Pragensi Curiae Archiep. Pragens. et apostolicae Jedis Legati Officiali in caussa Erasmi Matbiae de Obrzieniecz Clerici Dioec. Prag. contra Nicussium Weyner et ejus uxorem Petrusiam oppidanos oppidi in Luna infertis super eandem litem literis Turibii Ep. Tudenfis executoris principalis, et apostolicis Bonifacii IX. Pont. Max. pro vindicatione quorundam Bonorum predicto Clerico debitorum.

CCCXCII.

Codex membraneus lat. Sec. 930 XV. Folior. 230. 4. per duas columnas nitide exaratus, rubricis distinctus, fronte picturatus, et marginibus enotatus sequentia complectitur *Joh. Wiclefi Scripta: I. Incipit De Symonia. Et est liber X. in ordine summe sue. Initium: Post generalem sermonem de heresi restat de eius partibus pertractandum &c. Vide Cod. CCCXL. in quo Capitulum Summaria praecedunt, quae hic sequuntur. Versus praeterea secundus ibi adlatus hic ita habet:*

rem J. W. cuius anima per misericordiam altissimi requiescat in pace. Amen. Et recentiore calamo: Respice finem 1517. cum nomine fortasse Possessoris κερτογαφικως exhibito, cui, qui velit, Oedipus esto.

III.